

Tractatus de Suppli-  
catione ad Santissimum à  
fitores

BX1935  
S36  
1790  
c.1



1080044923


D. FRANCISCI  
**SALGADO**  
DE SOMOZA,  
IN REGALI CANCELLARIA  
VALLISOLETANA SENATORIS.

TRACTATVS  
DE SVPPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMVM A LITERIS  
ET BVLLIS APOSTOLICIS IN PERNICIE  
Reipublicæ, Regni, aut Regis, aut iuris tertij præiudicium impetratis,  
ET DE EARVM RETENTIONE INTERIM IN SENATV.

*Opus utriusque Reipublicæ Ecclesiastice, & temporali utilissimum,  
Copiosa literarum per politarum exornatione (cum ad Regimen, tum ad  
status rationem conducibilum) illustratum.*

EDITIO PRIMA LVGDVNENSIS.

46334



LVGDVNI,  
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. D. C. LXIV.  
CVM SUPERIORVM PERMISSV.

BX1935  
536  
1790



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO  
PRINCIPI ET HEROI,  
DON  
EMANVELI FONSECAE,  
STVNICAE, AZEVEDO,  
COMITI MONTIS REGII.

Comiti Fontano , Nobilissimarum Villoæ,  
Viedmæ,& Riberæ domuum Toparchæ;  
alibi quoque Domino aut Dynastæ, ex  
Sanctiori Consilio , & à cubiculo Regio,  
Neapoli Exprorege , apud Romanum  
Pontificem iterum Exlegato, & in Supre-  
mo Italicarum rerum Senatu Præsidi  
integerrimo.

**P**ERMITTE deprecor , MAXIME PRINCEPS,  
vt affectum benevolentia plenum ad te transferam,  
& hos non primos laborum meorum fructus tibi de-  
dicem. Munus sanè , si aut ex sua , aut ex tua dignitate  
spectetur perexiguum : si ex viribus meis mediocre , si  
ex animo magnum. Iniurium etenim esset , non tibi me , meaque om-  
nia subdere , cuius obsequio iura Patriæ addicunt. Strictum medius  
Fidius hoc ; strictius tamen grati animi vinculum , quo ingenuè fateor  
deuinctum à te immortalis memoriae Princeps , cuius magnitudini quic-  
quid sum acceptum refero : Accipe igitur libens fœtum hunc quem  
offerò , de *Supplicatione ad Sanctissimum Patrem* , & Christianæ gre-  
gis Summum Pastorem , imò animum offerentis Artaxerxes alter ;

2 2 neque

## Epistola Dedicatoria.

neque enim ita valde exiguum obtulisse videbor munus : quod si hilari fronte accipere , ac nominis tui patrocinio fouere dignatus fueris, adeò mihi ingentes animos addes , vt viribus maiora , mente tamen iam pridem concepta , & ardentи concupita studio aggrediar conscriben- da. Majorum nempe tuorum gesta nunquam pro meritis laudata , nec laudanda satis , alio scilicet Thucydide , Xenophonte alio , Sallustio vel Liui ( si per tempora licuisset ) dignum opus : cum vel summis historicis illis plenissimè suppeditarint conscribendi materiam , eámque toto orbi notissimam. Inter complures alias ex STVNICENSE FAMILIA nobilitate ac praeclaris facinoribus illustres & celeberrimos viros præterire non possum utrumque Didacum Lopez Stunicam , Seniorem , videlicet , & Iuniorem ; Alter vel asperrimis Reipublicæ temporibus partium studiis adeò gratis , vt suis virtutibus Ioannis Secundi Castellæ Regis tutela , & corporis custodia concredita fuerit , Henrico Aragonum Infante ceteris Magnatibus infenso maximè assidente ; Alter non intermorituræ gloriæ Didacus ex AZEVEDO- RVM PROLE ab Arnaldo Equite Vascone Alphonso Quinto Legionis Rege per sexcentos , & amplitis annos ad præsentia usque tempora deducta originem repetit. Qui periculum à nobis omnibus , vita suæ periculo depulit , qui hostibus in nos irruentibus iter corpore suo occlusit , qui pestem ac perniciem , quam illi in nobis machinabantur , in ipsorum capita conuertit , qui illorum temeritatem consilio , furorem fortitudine , audaciam virtute superauit . Is etenim cui noui atque iniusti honores pro nouo ipsis , & insolito militari facinore tribuendi , siquidem in oppugnatione Arcis ( ad Salsas vocant ) à Gallo duce obse- fæ cum esset huic incomparabili Didaco altius dissecta , ita ut diffuerent intestina , à prælio iam inito patuo tempore se subduxit , & animo intrepido ( melior Scæuola ) vt fors & tempus dedit , aluum assuit , promptiorque fortitudine conflictum repetit , frustra aduersantibus contubernialibus , gloriosum sepulchrum manere dictitans fortiter pugnanti. It ergo , pugnat , donec infracto animo manus cum hoste conseruenti VIRTUS SEPVLCHRVM CONDIDIT. Inter ceteros eximios etiam tua gentis duces Didaco patrimonij ac virtutis hæres Alphonsus connumerandus , qui sub Carolo Quinto Augusto Imperatore Vicanæ interfuit , non tantum præclaro virtutis nostrorum exemplo , quam sempiterno effusa Soleymannæ fugæ dedecori. Necnon eius filius Hieronymus de re litteraria , & militari peritus disciplina , quandoquidem Legatus fuit designatus Sacrofæctæ , & Oecumenicæ Tridentinæ Synodi , in qua de nostræ fidei mysteriis fanciendis per tractatum fuit. Prodeant iam Gaspar pater tunis PRINCEPS EX- CELLENTISSIME , & Balthasar Stunica Patruus , de quorum laudibus in omnium virtutum genere dicturus si fuisset , maximope-

re

## Epistola Dedicatoria.

re commoueret , ac conturbarer animo , tum ob virium mearum im- becillitatem , tum quia maiora , & separata volumina eorum præclara gesta requirerent . Sed ,

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Cum in ore omnium versetur , post munera Proregis Mexicani , & Peruani Regni perfuncta illi contigisse , quod in funere exequiarum prædicant de Thebano Epaminonda , ac de Publicola Romano : Ita vt quod Historicus de isto , idem ego de parente tuo dicam : *Omnium consensu Princeps belli , pacisque artibus moritur gloria ingenti , copijs familiaribus adeò exquis , ut funeri sumptus deesset , de publico est elatus.* Vix tamen tua hac ( si luuenali credendum ) tua vero morum elegancia , comitas , magnanimitas , prudentia , liberalitas , humanitas , vnicum litterarum patrocinium.

Solus enim tristis hac tempestate Camenæ  
Respicis.

Quibus certè animi bonis ut maiores tuos adæquas , ut plurimos hu- ius ævi Principes longissimè antecellis , ita ad fortunæ , quæ possides , bona , vel longè etiam maiora viam tibi sternere , fin minus præueniente natura hæreditario tibi obtigissent iure , facili negotio potuisse. Nempe tu ille , qui Serenissimi Vualiæ ( tunc Principis , nunc Anglorum Regis ) quem venientem exceperas , cum ex hac Regia Curia discederet , Regio nomine itineris comes datus fuisti ( MAGNA- NIME COMES . ) Namque Regio sanguine præclarus , peccatore pru- dens , consilio maturus , sermone fecundus , qui caput conferre etiam cum exteris , æmulis , hostibus vales : qui Regis tui maiestatem , populi decus , patriæ laudem indolēmque vnu dignè representatas. Qui Gregorio XV . & Urbano VIII . Pontificibus Maximis pro Maximo Philippo nostro secundum extraordinem gratulaturus Legatus siue Principis imago Italiam lustrasti , & illustrasti , in eius Prin- cipum veneratione pariter , & amore. Qui in Aragonum Comitiis credito citius impetrasti quæ postulabas in Regio sedens solio. Qui etiam ex Neapolitano Regno ( cui præeras ) Regis nostri exercitibus subleuandis cum in Italia , tum in Belgio , ac denique in Germania maximum neque ante hac par collatum militum pecuniarumque sub- fidium promptius submisisti , unde felicissimi operâ tuâ contigerunt victoriatum euentus. Qui demum summa Italici Senatus gubernacula æquali iniulatae Nemesis trutina moderaris. Hæc ergo OPTIME PRINCEPS tuarum virtutum agmina cunctantem me ac timidum excitarfunt , vt sub Auspiciis Celsitatis tuae has tractationes in lucem prodire iuberem , Tu nosce , & ignosce : carpet aliis , priusquam

ā 3 capiat,

## Epistola Dedicatoria.

capiat, negliget, priusquam legat. En igitur (ADMIRANDE DYNASTÆ  
Præsidum exemplar sed sine exemplo) lucubrationum mearum leui-  
densē quidem munuscum, sed deuotionis, & amoris in te mei ex  
omni parte syncerum, perpetuumque monumentum: quod si eidem  
CELSITUDINI TVÆ neutiquam improbari animaduertero, cumu-  
latè mihi erit, vt cuius gloriosissimum nomen plus operi allaturum sit  
auctoritatis & gratiæ, quam qualis Aristarchorum censura.

Rarus honor, summo se Praeside posse tueri:  
Rarior, à summo Praeside posse legi.

Cuius votis benè faueat Deus rerum opifex omnium, & feliciora in-  
dies gloriæ incrementa virtuti tuae consentanea te valente ac diutissi-  
mè flospite tribuat. Matrixi pridie Non. Mart. M. D. C. XXXIX.

Excellentia tua,

Addictissimus Cliens,

Don FRANCISCVS SALGADO  
de Somoça.

LICEN



## LICENTIATI D. BARTHOLOMÆI BVIAN

DE SOMOCA, S. S. R. C. ARAGONVM QVONDAM  
Relatoris ac etiam Sanctæ Cruciatæ, nunc verò in Supremo Sanctæ  
& Generalis Inquisitionis Consilio idem exercentis munus in  
laudem;

## N O B I L I S E T P E R I T I S S I M I L I C E N T I A T I DON FRANCISCI SALGADO

DE SOMOCA IVRIS VTRIVSQVE ACERRIMI  
& præclarissimi propugnatoris, dignissimique totius Siciliæ Regni  
Monarchia Judicis.

**B**ESTUPVERE quidem Phebi, Salgado sorores  
Mirantes genij prodigiosa tui.  
Ait ego ( sed quis enim Myris mirantibus auxit  
Hæc nisi non aptus?) linquite, iacto, canam.  
Vix ea protularem, triplex cum causa repugnat,  
Quo minus officium perseguar ipse meum.  
Nempe solum patriæ nobis commune duobus,  
Quin & amicitie fædus utrumque ligat.  
Adde quod eloquij vires, aut horque libérque  
Exuperat longè magnus uterque mei.  
Hinc timor occurrit, patriam seu peccatum amicum  
Exprobret in primis ne insida turba mihi.  
Terrifice verum pulsabo cuspidis icum.  
In me nec robur liuor habebit edax.  
Namque tuis scriptis munimine sacra petenti  
Protectum poterunt laderet tela nihil.  
Sanam constituum siquidem que pharmaca bullam,  
Hæc Salgado tuus continet usque liber.  
Vidimus antiphrasin Bullæ sub nomine quondam,  
Dum vafer impostor prorsus iniqua petit.  
Sedula sed fraudem remouet tua cura dolosam,  
Nec sinis iniustis nomen adesse boni.  
Iustitia, pariterque tui studiofa voluntas  
Impulit ad numeros (que tibi fida) manum.  
Hinc mihi policeor veniam, tibi Nestoris auum  
Opto ut perpetua ius tuearis ope.

EIVSDEM LICENTIATI  
B V I A N D E S O M O C A  
IN L A V D E M E IV S D E M  
AVTHORIS SVI CHARISSIMI AMICI.

EPIGRAMMA.

**S**VPPETERENT quamuis Ciceronis verba diserti  
Alipediſve foret nunc mihi sermo Dei.  
Egregias animi dotes, quibus ipſe coruſcas,  
Noſtra minus poſſet lingua referre tamen.  
Exulat è noſtri violentia finibus orbis,  
Te duce, & oppreſſis fers, quaſi Diuus, opem.  
Vlteriora potes, tibi dona Aſtræa minifrat,  
Dum docet ingenium iuriſ amice tuum.  
Subrepentis enim, ſine obrepentis inique  
Ne officiant fraudis teſta venena, caues.  
Quid quod & auxilium numquam Regale negandum  
His, qui iniuſta ferunt, hac ratione micat?  
Pontifices, Reges, populi, iuuenſque, ſenſeque  
Debita ure tibi munera laudis agant.  
Qamlibet Anguſta mea vox moduletur auena  
Laudibus adiunget pleſtra ſecunda tuis.

PER

PER ILLVSTRI, SAPIENTISSIMO QVE  
D.D. FRANCISCO SALGADO.  
DE SOMOCA. MERITISSIMO IVDICI  
MONARCHIÆ SICVLÆ.

D. IOANNES GARCIA FERRER  
ADVOCATVS IN REGIS CONSILIIS  
hæc laudatoria Carmina, pignus amoris, dicat.

**S**I inter doctos tu merito doctiffimus adſis?  
Atque inter magnates es clariffimus heros?  
Si tu prudentes es prudentiffimus inter?  
Ingenioque omnes, cultu, virtuteque præſtas?  
Quisne tibi ſummos Salgado negabit honores?  
Quis te non mirabitur, & venerabitur uita?  
Scilicet oppreſſos gaudet defendere Princeps,  
Tu Regis nobis regis ob tua dogmata dextram:  
Te oppreſſorum Patrem aiunt, te dulce leuamen  
Iuriſ nature tua iam volumina monſtrant.  
Concilijs protector tu validiffime Trenti.  
Dicant( cauſe omnes) eius quoque catena iura.  
Tuta omnes Reges per te ſua iura tenebunt  
Tranquillaque diu potientur Regna quiete,  
Atque ſuum quijkam poterit conſlanter habere.  
Ex hoc te iuuenes, & te veneranda ſenectus  
Plaudit, & extremis ad cœlum laudibus effert.  
Tu ſplendor, patriaque tua tu culmen honoris,  
Hispanieque decus magnum per ſecla manebis,  
Atque tuum nomen, toto celebrabitur Orbe.  
Felix terque quaerique Trinacria iudice tali,  
Iam nunc inuidet totus ſua ſecula mundus  
Aurea, nam Nemesis per te dominabitur illi.  
Scribere ne cefſes clariffima lumina iuriſ,  
Tam felici cæpto parcas néue labori,  
Præmia pro meritis Petri dabit alma potestas.  
Nulla tuis quidquam ambitione ſuperaddere ſcriptis,  
Tollere néue illis quidquam censura valebit.  
Heu mea ſi poſſet tot laudes dicere penſa  
Quot ſentit mens, felicem me ſemper haberem.  
Sic mea magna affectio, ſic tua merita poſſunt.

DOCTO

DOCTISSIMO VIRO  
DON FRANCISCO SALGADO  
DE SOMOCA SICVLÆ MONARCHIÆ  
IVDICI REGIO.

D. FRANCISCVS DE VALDESPINO  
IN REGIIS SENATIBVS ADVOCATVS,  
millies illi deuotus ; super labore hoc de retentione  
Bullarum, & duobus de Regia Protectione.

**V**ALITER auxilium Clero dare possit alumno  
Rex Pater, immерitum si ferat ille malum,  
Vno olim partu, gemino fæcundus & oru,  
Mente semel fæta, bus grauidante, dabas.  
At neque que gignunt fæcundi flumina fontes,  
Nec quos ingeminal lux iterata dies.  
Exhaurire valent undas, & lumina Phœbi,  
Nec sobolem exhaurit tanta propago tuam.  
Tertius ecce liber retinendas Principe bullas  
Conficit, in Regni si mala fortè cadant.  
Regia te semper Maiestas, Regia cura,  
Regia iustitia sollicitudo mouet.  
Viique alij calamos Musis, & Apolline perflant,  
Tu calamus solo Regis honore regis.  
Hic te fæcundat, tales geminasse labores,  
Quodque tibi soli, te superasse, datur.  
Totus es ad Regem nec scis nisi Regis honores,  
Ille suos debet: Quid? dabit ille tuos.

AD

AD DOCTOREM  
D. FRANCISCVM SALGADO  
DE SOMOZA, EGREGIVM IVRIS CONSULTVM,  
& in Regali Siciliæ Regni Monarchia Regium Iudicem.

DON FRANCISCVS SALGADO DE SOMOZA  
ex illius Salgado fratre primusque nepos.

**D**VM Casos vani mundi seclarer honores,  
Vi oppressum libris misi libamina Asli,  
Obvulsi ingenium tenerum leue pignus amoris:  
At nunc cogor amans laudes, ò patriæ cordis  
Ardentis tibi signa mei præbere canendo  
In tua rauclonas tollens præconia voces.  
Discursu volitans volucri qui fidera tangis;  
Excelso, elato, sublimi condita mente  
Qui docta in vulgis per docta volumina vulgas  
Grata bonis, quies iura placent; inuisa quibusdam,  
In quibus ingenij pernoctans signa dedisti.  
Huic operi factis te respondere videmus  
Nomine honorifico, quod gestant stemmata honora  
De los Salgados, genus alto à sanguine ductum,  
Vnde legit bello rubris Mars, sanguine tristis  
Belligeros tot corde duces, quot secula norunt,  
Et quod Pallas amat redimitos tempora olio.  
Iam docti cuncti celebrant noua gaudia plausu,  
Latititia moti tua iuraque iure canentes  
Te patrem obseruant virrovis iure periti,  
Terque quatérque Sophos clamant, venerantur, adorant.  
Te schola cuncta colit: Fora Te facunda Minerua  
Collaudant, gesta & celebrant tua voce perem.  
Ecclesia & genito Matris sacra gaudet amore,  
Nam tua cura fuit sacrare volumina prima  
Pontifici Romæ, quem totum suscipit orbis,  
Atque colunt flexo dominum quem poplite gentes.  
Signasti ceriè tunc recta operanda per Orbem,  
Oppressisque parans securum legis Asylum,  
Præceptis iustis ac fidis abdita pandis.  
Hispano Regi ciuilia iura ministras,  
Ut tutamentum possit præbere ligatis  
Carceris in tenebris, ut sit ad premia velox,  
Tardus & ad paenam, commissas qui regit urbes,  
Morigera pietate tuens mortalia corda.  
Nunc autem doctis animis, oculisque patebit

Mirandum

Mirandum pietatis opus, labor omnia callens;  
Ut Bullis tribuat bonos, reverentia cultus.  
Hocque probas ore Angelico, ingenioque magistro.  
Catholica Ecclesia, cui presidet orbis, & orbis  
VRBANVS triplex preincipitus tempora sexto;  
Offers intentum plenum sale, dogmate plenum.  
Fama per extensem nostrum te clamitet eum;  
Gaudeat ingenio sibi primo Hispania nato;  
Quo duce barbaries ignotis exultat oris.  
Scilicet is mundo, cognomine, & omni clarum  
SAL qui condit, reddit fertilia ingenia orbis.  
Non tibi pro longo mortalia premia sat sunt  
Tempore; eget tali doctrina Hispania nostra  
Consiliisque SALIS, Fora Regia, sacra ministerio.  
Te hec tandem celebrent meritis pro talibus, atque  
Garrula fama canat, quatiens ut sceptra Philippus  
Altum te cernat Fama super aethera notum;  
Et rubro decorentur tempora docta galero.

CLARIS



CLARISSIMO VTRIVSQUE IURIS PROFESSORI  
**DON FRANCISCO  
SALGADO DE SOMOZA,  
IVDICI REGIÆ MONARCHIÆ  
IN VLTERIORI SICILIÆ REGNO,  
& viro vndeaque doctissimo.**

C. S. M. R. N. C. A. S. & IN S. I. S. S.  
Grammatophylacy Prefectus.

S. F. O.



IC ET omnes mihi singulari quadam, ac præcipua laude digni videantur (gloriosi nominis vir inter eruditissimos, quos cœli oculus vñquam aspergit) qui in assequenda honestarum artium scientia, operam, & industriam suam locarunt; tum ij præcipue qui veluti maiore quodamnuminis afflato perculsi, propè omnibus posthabitis, ad diuinorum humanarumque rerum notitiam, iusti atque iniusti scientiam, omnes cogitationes suas, atque omnia studia contulerunt. Igitur cum magnis semper extolliti præconiis mereantur, qui maximum hoc arque Augustissimum Imperium terra marique à continuis hostiis exercitibus classib[us]que, viribus, armis, ac pecuniis tuerintur; Qui vigiliis, laboribus, & scriptis suis præclaris causam Reipublicæ, & ius Regis sui protegunt, nihil minus commendari debent, quam pro patria pugnantes. Quò respiciens eloquentiæ Princeps in oratione pro Murena, vrbanan militiam appellat hanc curam respondendi, scribendi atque cauendi. Non enim solam illos pro imperio militare testantur Leo, & Anthemius Imperatores, qui gladijs, clypeis, & thoracibus armati in hostes mituntur, sed eos etiam qui dirimunt ambigua facta causarum, siue patrociniij viribus sepe publicis in rebus ac priuatis oppressa subleuant, lata crigunt, labantia reparant, omniaque demum iure faciunt finibus suis esse contenta, neque minus humano generi prouident, quam si prælijs, atque vulneribus patriam parentesque seruarent. Gratulor ergo lucubrationibus tuis (sacri ac profani iuris lumen) siquidem ingenij tui secundi partus ac maturi fructus in lucem producent absque indigentia Tutani Tutilinæque numinum (qua olim inuocare laborantes solebant) non enim ope, auxilio vel asylo illorum eges, cum labores tuos sacraueris obsequio & Maiestati Philippi Catholici Regis nostri multis titulis & rationibus Magni, innumeris heroicisque virtutibus Maximi, cuius Regia iura ab ineunte ætate magnis conatibus ac studijs viriliter

et tutaris.